

G. D. F.

15

APHORISMI NONNULLI
THEISMUM
OECONOMIÆ IN-
MICUM

ADSTRUENTES,

Quos

Suff. Ampliss. ad Auram Fac. Philos.

PRÆSIDE

DN. PETRO KALM,

Oeconom. PROF. Reg. & Ord. Reg. Acad. Scient.
Holm. nec non Societ. Lit. Ups. MEMBRO,

Bonorum censuræ modestè submittit

MICHAEL MONTIN,

V. D. M.

OSTROBOTNIENSIS.

In Acad. Majori Die XXVIII. Jun. MDCCCLX.

L. H. Q. S.

ABOÆ, Impressic Direct. & Typegr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL.

Viro Admodum Reverendo atque Praclarissimo,

D:no Mag. JACOBO GARVALIO

Pastori Animarum, qvæ Deo in Sjikajoki colliguntur
vigilantissimo, viciniqve Contractus Præposito
gravissimo.

Viro Admodum Reverendo atque Praclarissimo,

D:o Mag. PETRO N. MATHESIO

Pastori atqve Præposito in Pyhæjoki vigilantissimo ad-
curatissimoqve.

Viro Admodum Reverendo atque Praclarissimo

D:no Mag. JACOBO SALMENIO

Pastori atqve Præposito in Paldamo Meritissimo
gravissimoqve.

Viro Plurimum Reverendo atque Praclarissimo

D:no THOMÆ STENBECK

Pastori Ecclesiæ Brahestadiensis Dignissimo meri-
tissimoqve.

Patronis Dignissimis.

Quoniam beneficia præstata, qvæ, qvamdiu spiritus hos
regit artus, devota venerati mente non desistam,
Vobis, Patroni atqve Fautores Optimi, hasce levissima
Minerva adumbratas lineolas, consecrare sustinui,
qvod ut ignoscatis certo certius spero. **D**e cetero
pro incolumitate **V**estra perenni Deum ter O. M. preci-
bus nunquam non fatigabo, permanensurus.

Admod. Reverend. atque Praclariss. Nominum vestrorum.

Cultor humillimus.
MICHAEL MONTIN.

Viro Plurimum Reverendo atque Clarissimo

D:no SIMONI APPELGREN

Vice Past. atque Commissarii in Faldamo laudatissimo.

Viro Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo.

D:no Mag. ERICO CASTREN

Confessori legionis Pedestris ostrom. vigiliantissimo.

Viro Plurimum Reverendo atque Clarissimo.

D:no SAMUELI MONTIN

Commissario in Pjikis dignissimo Patruo Carissimo.

Viro Plurimum Reverendo atque Clarissimo.

D:no ERICO FROSTERO

Commisionario in Haukipudas vigilantissimo, Affini Exoptatissimo.

Viro Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo.

D:no Mag. GEORG. MATHESIO

Commissario in Crónoby vigilantissimo.

Viro Plurimum Reverendo atque Dilectissimo.

D:no ANDREÆ DURCHMAN

Commissario in Vihandi Dignissimo.

Tot & tanta Vestra sunt beneficia mihi praefixa, ut non possum non eadem hisce paucissimis de praedicare veneracionemque meam vobis debitam quæ in præcordiis meis immortali flagrat fervore, significare, quod ut more solito, hoc est, fronte benigna adspiciatis est quod iterum iterumque obtestor. Qvod reliqum est, ex intimis voyeo, ut felicissimi ad ultimos usq; mortalitatis terminos vigeatis floreatisque. Permaneo.

Nominum vestrorum.

Cultor observantissimus

MICHAEL MONTIN.

Huldaſte Moder.

Hag wore oſtridigt den otackſammaste under Solen, om de af min Huldaſte Moder mig ſå p̄migt ertedde vålgärningar, vid detta tilfalle skulle med tyſknad förbi-gås. Alt ifrån min svåda barndom, har min Huldaſte Moder, ömsint haſt både mōda och kostnad, för mitt wärls befrämjande oſparde. Hörſynten behagade wäl, nog tidigt hervära mig den hjelp jag i min Saligen Affledne käraste Faders Lif haſt at förvänta; men denna svåra affaſnad, har min Huldaſte Moders ömma wärd gjordt drägelig. Hwad kan jag wäl uppoſra emot ſlik ömhet och godhet? Intet utan toma ord, och de åſwen otifräckeliga, at funna affıldra den erkänsla, ſom ſå mångfalldiga vålgärningar fördra, och wärckeligen in i ſielſva Döden beständig hos mig förvares. Dock til prof uppå den wördnad, hvarmed mitt intre är uppfylt, får jag lof at i barnslig ödmjukhet öfverlämna, Min Huldaſte Moder förtelingen af hennes på mig anwända kostnad: detta ringa Arbete, ſom uppgier Gudlōshetens ſtada i Hushålningens befrämijande: I öfrigkeit ſkal vara mit största möje, at upſända både tåta och ifriga ſuckningar til Allmachten, om mångfalldig wälsignelſes utgiutande öfwer Min Huldaſte Moder i tid och i ewighet. I öfrigt leſwer jag och Dör.

Min Huldaſte Moders

Hdmjuhydigste Son

MICHAEL MONTIN.

Onnen-Toitotus.


Maan Niehellen' Mocommasie, vſtåvälle yſlimmäisell
Weljellen' Walitusle.

Teman tieto Tutteliain,
Vainu Micheli Varnassille,
Tutki caunis todistain,
Jumalan kiellon moacunnille,
Dunnett' mutta tuottawan,
Songa tähden kunnian,
Sulle uſcon wuotawan,

Taitild jote' ei munnian,
Dikiaſt jäties harhaile,
Soiden canfa paucutan,
Tättän asian parhaile,
Taiwan portin reunalle,
Etta onne larcutton,
HEMRA ſulle Siunaille!!

MIT/OM JEHDIN**

**



APHORISMUS I.

Qvando recta mentis lance Divinas evol-
vinus perfectiones, facile deprehen-
dimus hominem in prima creatione in feli-
cissimum collocatum esse statum, in qvo, modo
in eo perstitisset, non potuisset non gloriam
Numinis summa cum alacritate celebrare, pro-
priamque suam felicitatem maxima cum effi-
cacia promoveret; quia utraqve harum sibi
in vicem est conjunctissima, adeo ut haec sine
illa ne concipi quidem, nedum dari possit.
Ast facta, uti turpissima, ita nunquam satis
deploranda a Deo defectione, totus qvan-
tus homo non solum plane ineptus ad glo-
riam Divinam vere amplificandam æternam-
que suam felicitatem promovendam evasit,
verum etiam, ut conservationi suæ in statu
naturali collocatus consulere posset, aliter
non fuit possibile, quam per imperium civile.
Nam licet verissimum sit, legem Divinam na-
turalem omnibus pacem atqve concordiam

):(

mutu-

mutuam colendam injungere, quum tamen vindicta Numinis, in lege hac delineata, lento plerumque procedat gradu, necessum est, ut licentia hominum, affectibus suis vefanis plus justo indulgentium, mali præsentis, quod metum illi incutit, representatione in gyrum rationis atque officii ducatur; alioquin unus alterius vitæ conservationi non periculosisstis solum insidiis impedimento faret, verum etiam eandem penitus everteret, planeque destrueret, adeo ut non posset non ruina toti generi humano impendere certissima planeque inevitabilis.

APHORIS. II.

Evoluta in antecedente aphorismo, quantumvis brevissimis, necessitate imperii civilis, facillima nobis patet via ad incommoda, qvibus *atheismus*, ceu plane horrendus cerebri laborantis foetus, obnoxius est, dilinenda, in quantum hæc mala œconomiae flori aduersentur. Nam vel nobis non monentibus, nemo, nisi admodum hospes fuerit rerum humanarum, ignorat, florem œconomiae tam privatæ quam publicæ ex toto in benedictionis Divinitæ abundantia atque bonis sapientibusque imperii civilis statutis verti.

Quod

Qvod œconomiam publicam attinet, illam ejusque florem sine imperio civili inter sva via poëtarum somnia absurdasqve chimæras referendam esse, qvis est, qui non videat; œconomia vero privata sine publica, si non plane nulla, certe miserrima foret, ut exemplo qvarundam gentium Africanarum Americanarumqve plus satis constat, qvippe qvi latronum, immo brutorum potius, qvam hominum repræsentant cœtus. Præsupponit itaqve œconomia in corrupto hoc mortalium statu, priusqvam debito florescere queat vi- gore, imperium civile. Sed qvemadmodum religio, præsertim vera, est unicum & firmissimum vinculum, qvo membra, corpus imperii civilis absolventia, inter se connectuntur, utpote omnes, qvotqvt sanæ sint mentis agnoscunt, ita e contrario atheismus omnia societatis tollit vincula; qvippe qvi omnem felicitatem sensualium pravorumqve adfec- tuum decempeda metitur. Exhinc itaqve in genere patere existimaverim atheismum œconomiae esse hostem infestissimum pessi- mumqve; qvod ne gratis dictum esse qvis arbitretur, seqventes addere aphorismos non pigebit.

APHOR. III.

His præstructis instituti reqvirit ratio, ut ad veritatem rei præsentis demonstrandam paulo attentius ipsam notionem, qvam infert vocabulum atheismi, evolvamus. Per *atheismum* nihil impræsentiarum aliud intellectum volumus; qvam *complexum illorum omnium*, sive mentis & doctrinæ sint, sive vite, quibus existentia Dei aut diserte, Aut per necessariam consequentiam, ab intelligenti negatur & tollitur: vid. *Celeberr. D. D. Waller. Prænot. Theol. Part. Ima* §. 222. Ex allata definitione illucescit, atheismum non solum tollere intrinsecam essentiæ Divinæ possibilitatem actualitatemque existentiæ ejus sanctissimæ, verum etiam omnia actionum motiva, ex consideratione perfectionum Divinarum expromenda. Nam sublata actualitate existentiæ Divinæ, ut insimul tam providentia Divina qvam libertas voluntatis & spes immortalitatis tollatur, omniaque fato inevitabili & absolute necessario subjiciantur necessum est; his vero proscriptis atque fato absolute necessario in rerum natura introducتو evanescit omnis religio, quæ actionum motiva ex perfectionum Divinarum consideratione nobis injungit; evanescit bonus ordo;

evane-

evanescit morum honestas, evanescit denique diligentia, quæ impedimenta naturæ superat & in omnibus rebus œconomicis pluriuum valet.

APHOR. IV.

Atheismus alius est theoreticus, alius practicus; uterque cum œconomicæ flore promovendo infestissimis dimicat cornibus; ille omnem una cum existentia Divina tollit religionem atque fundamenta imperii civilis, uti in antecedente jam paucis observatum ivimus, atque sic res œconomicas potius disturbat labefactatque, quam promovet. Nam ut religio vera instruit nos de vero Deum collendi modo nosque ad actiones nostras perfectionibus Divinis conformiter instituendas componendasque obstringit, ita & benignissimum illud Numen quasi impellit ad uberrimos bonitatis suæ plane immensæ thesauros nobis distribuendos, felicemque successum rebus atque suscepitis nostris largiendum. Unde quot & quanta incrementa, quantumque robustoris ac vigoris res œconomicæ accipiant vel talpa cæcior videt. His vero omnibus atheisti theoretici non solum carent, verum etiam iram atque vindictam Divinam ad mala quævis,

vis, qvibus ceu judex justissimus vesaniam hominum hujus farraginis coercere quærit, in illos effundenda excitant. hoc est, iram Dei ad res œconomicas bellis, annonæ caritate, variisque aliis modis disturbandas provocant. Nam non tantum docent hi versipelles nullum existere Deum, sed etiam actionibus suis satis superque ostendunt se de omnibus, quæ impio profitentur ore, esse perswasos quamvis conscientiæ stimuli haud raro recurrent vesanamque eorundum securitatem concutiant. Atheismum theoreticum fundamenta, qvibus salus atque tranquillitas publica innititur, dissolvere fudo clarius est; nam pactum, in quo ceu cardine sancte servando tota civitas mirum quantum vertitur, violare pro nihilo putat homo hujus surfuris. Dic quæso: quænam vis, quænam efficacia & obligatio pacta servandi, sublata lege Divina naturali, remaneat? nulla certe, sed potius stultitiæ esset pacta cum hominibus inire, qui persarsi sunt se ad eadem custodienda non ulterius, quam in quantum cum commodo proprio, quod fibi proposuerunt, conveniunt, esse obstrictos. Vides itaque vix & ne vix quidem gravorem generique humano magis noxiam pestem atheismo excogitari posse.

* *) 7 (* *

APHOR. V.

EVicto atheismum theoreticū œconomiae esse inimicum, ut paucis practicū quoque œconomiae eis adversantem adſtruamus, rei reqvirit ordo. *Athei practici sunt, qui fāctis, ex pravo Deum negandi habitu & infinito proſſuentibus, ſusque deque habita admonitione de vindicta & ira Divina, teſtantur Dei agnitionem omnemque ejus timorem ex animo eſſe expulſum.* vid. Wall. Prænot. Theol. P. I:ma §. 125. Hinc ne-
mo, cui ſanum eſt ſinciput, negare potest
hujusmodi homines eſſe œconomiae impedi-
mento; nam quo conformiores actiones no-
ſtræ ſunt perfectionibus Divinis, eo majorem in-
fluxum habent in vitam nostram, etiam tem-
poralem, qvæ certe actionibus malis non ſo-
lum concurtitur, verum etiam haud raro pe-
nitus evertitur; ſed omnis œconomia eo ten-
dere debet, ut vita noſtra, ſi non felicior per
eam reddatur, certe ejusdem conservationi
aliqva ratione consulatur, qvod non actioni-
bus voluntati Divinæ, in lege ſaltim natu-
rali patefactæ, aduersantibus fieri poſſe jam
diximus.

APHOR. VI.

Diligentiam, qvæ eſt ipſa anima œcono-
miæ ejusque floris, per atheismum apud
pleros-

plerosque evanescere in antecedentibus jam verbo saltim
 attigimus, hanc vero thesin ceu constantissimam ut pau-
 lo attentiori evolvamus animo haud indignum est. Pi-
 gritia & vita dissoluta sunt quasi sorores cojunctissimæ;
 quia per vitam dissolutam homines ad quævis negotia
 obeunda expediendaque redi plane ineptos, res ipsa
 & experientia quotidiana satis superque ostendit. A
 theismus vero est ipse fons vitæ dissolutæ, quippe qui o-
 mne suum bonum felicitate sensuali absolvi arbitratur, ut
 reliqua taceamus; atheismo itaque in thronum rerum
 humanarum electo, non potest non diligentia apud per-
 multos penitus evanescere. De cetero quo majora sunt
 motiva, diligentiam nobis injungentia, eo major quo-
 que est diligentia; sed ubi atheismus clavos tenet im-
 perii, ibi nulla alia dantur motiva diligentiam colendi,
 quam quæ ex felicitate sensus titillante deducuntur; ubi
 vero religio vera florescit, ibi infinita nobis suppedita-
 tantur motiva, ex consideratione perfectionum Divi-
 narum exorta: diligentiamque non uno tantum aut
 altero modo nobis commendantia. Quid? quod at-
 heismus omnia absoluta necessitate dirigi doceat. Fru-
 stranea itaque est diligentia, quæ in ferrea rerum
 immutabilitatis serie nihil quicquam efficere potest.
 Hinc non possunt non athei educationem liberorum
 variarumque artium, quæ ad florem œconomice pro-
 movendum augendumque mirum quantum faciunt,
 peritiam non negligere modo, verum etiam ceu res
 stultitiam redolentes, penitus rejicere. Forent multa
 adhuc proferenda, quæ atheismum œconomiae esse
 inimicum adstruerent, sed rationes haud leves, ut ala-
 tis adqviescamus, nobis injungunt.